



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 12. Colloquium Luparense Anglos inter & Gallos

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

tium Dux, Franciscus Surienus nomine Sæcul. XV.  
 rapto vivere assuetus Fulgerias Ducis A. C. 1449.  
 Britanniæ urbem, cum cives eo tempore  
 ob induciarum securitatem nihil minus  
 suspicarentur, repentina irruptione occu-  
 pat, & populabundus optima quæque  
 diripit. Ea de re Britanniæ Dux missis  
 ad Carolum Regem, qui tunc Caini age-  
 bat, Legatis questus, & eundem ad infe-  
 rendum Anglis bellum hortatus est. Rex  
 ab Anglis prius injuriæ, damnique re-  
 parationem esse petendam, & demum id  
 negantibus, ad arma recurrendum arbi-  
 trabatur; Unde ad Sommersetum Du-  
 cem, qui eo tempore in Normannia Re-  
 gis Angliæ Vicarium agebat, Legatos  
 decrevit, qui res captas ab Anglorum Bel-  
 liduce repeterent, atque injuriam sarciri  
 postularent. Respondit Sommersetus, nec  
 id jussu suo factum, nec se illius aucto-  
 rem unquam proditurum. Cum vero  
 Galli oppidum sibi reddi ac damna reparari  
 urgerent, id potestatem suam excedere  
 reposuit. Rex igitur, cum a Duce jus  
 suum obtainere non posset, ad ipsum An-  
 gliæ Regem Legatos destinavit.

### §. XII.

#### *Colloquium Luparense Anglos inter & Gallos.*

Hæc dissidia solidos sex menses tenuer-

Q 2 re,

Sæcul. XV. re. Evidem Rex ad bellum denuo  
A. C. 1449. Anglis inferendum hanc Ducis repugnan-

tiam obtendere potuisset; ast cum ali-

*Jean. Char.* quamdiu, quid in eo rerum statu decer-  
*tier et Matth.* neret, suspensus hæreret, præter spem  
*Coucy hist. de* Sommersetus cum eo hac super re con-  
*Charl. VII*

ferre postulabat. Nec Galliarum Rex

colloquium respuit, sed ad Conventum,

pro quo urbs Luparis selecta erat, Cul-  
anum, & Guilielmum Cusinotum, libel-

lorum supplicum Magistrum Oratores

ablegavit. Hi quoque jam Mense Mayo  
Luparas advenere, comitantibus eos

Ducis Sommerseti Procuratoribus. Jam-  
jam consultationibus daturi erant ini-

tium, cum Britanniæ Dux, consentiente  
etiam Galliarum Rege, Pontis-Arcuense

oppidum in superiori urbis Rothomagen-  
fis vicinia ad Sequannam situm, necnon

Conchum haud procul ab Ebroico oppi-  
do, Gerboredum prope Bellovacum, &

Conacum Caranthoni flumini proxi-  
mum repentino impetu occuparet, ut

Fulgeriensis urbis jacturam talionis jure  
compensaret. Evidem Sommersetus hac

de re vehementer querebatur, sed in  
promptu erat responsum, dictumque,

Fulgerias Britanno redderet, quo facto  
confestim Galli Anglorum Regi satisfa-

cturi essent. Verum hoc responsum Duci  
minus arridebat, Regisque jussu Orato-

res Luparensem Conventum solverunt,

&

& inter utramque Nationem bellum in Sæcul. XV.  
apertas flamas erupit.

A. C. 1449.

§. XIII.

*Angli improvide bellum contra Gallos  
prosecuti.*

Attamen Anglorum res adeo sinistra ja-  
ctabantur fortuna, ut bellum pro-  
qui prorsus inconsultum esset; cum enim  
regnum, & præcipue Londinensis urbs *Vide supra*  
exitialibus dissidiis, bellisque domesticis *Lib. CLX.*  
susque deque verteatur, merito Angli §. 121.  
optatum belli exitum desperare debebant.  
Insuper hosce tumultus præcipue accen-  
debant tributa ab Henrico Rege Londi-  
nensibus imposta, quibus etiam accessit  
infelix fatum, quod Humfredus Gloce-  
striæ Dux Regisque Patruus in suo car-  
cere elisis faucibus subiit. Nihilominus  
Angli Scotiam, licet induciæ cum illis  
pactæ non minus eam, quam Britanni-  
am completerentur, infestis armis inva-  
serunt, maximo tamen eorum damno,  
utpote bino, eoque sat cruento devicti  
prælio, in quorum altero viginti quatuor  
Anglorum millia ceciderunt, & Duglas-  
sius, atque Ormundus Comites conti-  
nuato victoriæ cursu in Angliam popu-  
labundi irruperunt, regnumque foede de-  
vastarunt. Anglorum imprudentiam Ca-  
rolus Rex in rem suam vertebat, hac-

Q 3

que